Declamatio
in Lucium Sergium Catilinam
eine Schuldeklamation aus der römischen Kaiserzeit.

Nach einer Münchener Handschrift des XV. Jahrhunderts

herausgegeben von

Dr. Heinrich Zimmerer
k. Studienlehrer.

Erster Teil.

Programm
des
königlichen Maximilians-Gymnasiums
für das
Schuljahr 1887/88.

PRALGYMNASIUM DÜSSELDORF BIBLIOTHEK

MÜNCHEN
Akademische Buchdruckerei von F. Straub
1888.

9mo 18 (1888)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hunc igitur spectemus! hoc propositum nobis sit exemplum! ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.

Quintilianus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Notarum index.

M: codex membraneus, Monacensis. n. 68. saec. XV, fol. 37—

L: cod. manuscr. chartacĕus, Lugdunensis Batavus, [sive Leidensis] n. 19. saec. XV.

Inc: Incunabula tria sive editiones principes cum manuscripto Lugdunensi comparandae:

E: sive editio Sallusti Romana a. p. Ch. 1490 Romae editum a bibliopola Euchario Silber alias Franck.

Serv: editio Sallusti Veneta 1491 p. Ch. n. cum titulo declamationis in Servium.

Serg: ed. Sall. Ven. 1492 p. Ch. cum titulo in Serg.

V: i. e. vulgata lectio ceterarum Sallustii vel nostrae declamationis editionum inprimis Steph. ed. Paris. 1544 Bas. 1564. Gruteri Francf. 1607 Cortii Lips. 1724 Havercampi Amstelod. 1742. Gerlachii Basil. 1852.

Discrepantias scripturae levioris momenti omisimus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Declamatio contra Lucium Sergium Catilinam.

I.

1. Si quid precibus apud deos immortales, sanctissimi iudices, vobiscum aliquando valuissemus, iamdudum et potiremur re publica nostra florentissima, et cives ipsos haberemus tum studiosos rerum gerendarum, tum patriae simul ac virtutis amantissimos: idque temporis eximia laetitia frueremur, cum rationes omnes dicendi nostras in laude summorum atque optimorum civium consumendas esse videremus. 2. Nihil enim statuimus animo dignius neque auctoritate maiorum neque opinione populari, quam in eo genere versari forensis exercitationis, quae canere laudes egregias summorum hominum posset atque animos inflammare nostrae civitatis ad imitandum.

II.

3. Verum ea dicendi voluptas olim sapientissimo viro M. Catoni plane contigerit, necnon et Galbae, Scipioni, Gracchis, Porcinae, Crasso atque Antonio, summis atque ornatissimis oratoribus, quorum

Incunabula: Euch. Silber Romae: 1490 p. Ch. Declamatio contra L. Ser. Catilinam. Venetiis 1491: Portii Latronis Declamatio contra Lucium Servium Catilinam. Venetiis 1492: Portii Latronis Declamatio contra Lucium Sergium Catilinam. Monacensis sine titulo [sed omnino in hoc manuscripto titulorum loco in plerisque orationibus spatia vacua sunt relicta]. Incip. fol. 12ª. Leydensis: Portii Latronis Declamatio contra. Lucium Serviū Catilinam. 1. M: ipsos. L: nrōs. Inc: nostros. M: laude L: laudem. Inc: laudem. L: optiōrum. Serg: oprimorum. Serv: optimorū. M: ciuium. L: =. Serv: civiū. 2. M: Nihil enī [extremâ lineâ]. L: Nichil. M: animo. L: =. Serv: aīo. M: neque autoritate. L: nec auctoritate maior. Euch: nec autoritate maiorum. M: neque. L: nec. Euch: nec. M: qᵘ. L: q. Euch: quā. M: egregias summorum. L: ægregias ſummorū. Incun: aegregias. M: inflamare. L: inflamare. Euch: et Serg: infamare. Serv: inflāmare.

3. sine capitis notatione item Leyd et incunabula tria. M: nec non. L: item. L: contigerit + [ad explendam lineam]. M: porcinne. L: procine. Euch: Porcinnae. Serg: et Serv: Porcinae.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tempora singulari praestantia virtutis ac studio paene incredibili pulcherrimarum artium floruerunt; nobiscum vero sententia nostra bene ageretur, si modo tantum abessemus ab illa modestia temporum atque hominum, nec incidissemus in atrocissimos reipublicae fluctus ac miserandam temporum calamitatem. 4. M. siquidem Catoni aut Scipioni coaetaneo suo, monumentis immortalibus huius urbis et sine dubio clarissimis luminibus temporum suorum, de legibus dicendum erat, de institutis maiorum, de gloria militari, persaepe de laudibus ac victoriis suis; nobis vero, qui devenimus in hanc truculentam temporum conditionem, sublata est omnis gratia dicendi, atque interceptus locus omnis aut iucundissimi sermonis aut conciliandae benevolentiae popularis.

III.

5. Nam si quandoque vox nostra sive a foro sive a curia desideratur, dicendum est perpetuo nobis aut de taeterrimis huius patriae calamitatibus aut de nefariis oppressionibus civium aut de perditae iuventutis nunc impudicitia flagitiosa nunc ignavia singulari.

6. Quarum pestium quanta in dies redundatio sit, vos estis testimonio, iudices, quorum aures caluerunt assiduitate paene quotidiana copiaque incredibili civilium controversiarum.

7. Diximus equidem paucis ante diebus, ut probe meminisse potestis, de L. Glabrionis immanitate atque audacia, furiosissimi hominis et sine dubio crudelissimi: cuius in senatu sica pridie

Serg: singularii. M: pulcherimarum. L: pulcherrimarum. L: bn. L: tantū. Euch: tantū. L: abessem. Incun: =. Monac: abessemus. M: rei. p. (sed non constanter ita scriptum, immo saepissime tota vox est perscripta) L: reipu. Euch: rei ×p×. Serg: reipub. Serv: Reipublicae. 4. M: Marco siquidem catoni. L: M. + si quidem catoni. M: coetaneo. L: coætaneo. Euch: coaetaneo. M: monimentis. L: monumētis. Inc: monumentis. M: uictorijs. L: uictorijs. Inc: uictoriis. L: deuenimus in han. L: grā dicē—di. L: oīs. Inc: =. Mon: omnis. M: iocundillimi. L: iucūdiſſimi. M: L. et Inc: beniuolentie.

5. Mon sine capitis significatione ut semper: Num antecedit interpunctio absoluta, Leydensis et incunabula commate utuntur: Nam. M: quandoque. L: quādo. Euch: quando. M: deterimis. L: de terrimis. Serg: calamitaitibus. Serv: nephariis. M: pudicitia. L: impudicia. Euch. et Serv: impudicitia. Serg: impudititia. M: fla|gitiosa. [incip. fol. 12b.] 6. M: quarum. L: quare. Inc: quare [Euch: Quare]. M: sit uos. L: est uos. Euch: et Serv: est: uos. Serg: est uos. M: quotidiana. L: quottidiana. Euch: et Serv: =. Leyd. Serg: = Monac. M: ciuium. L: ciuiliu. Inc: ciuilium. M: controuerſiarum. L: ꝯnrover—|ſiar. Inc: = Mon. 7. L: añ. Inc: =. Mon: ante. M: lutij. L: de. L. Euch: de + L +. Serv: et Serg: de . L . M: glabrinis [corr.] glabrioīs. L: Glabrionis. Euch: Gabrionis. Serg: Glabrioīs. M: immanita atq. L: immanitate: atq. Inc: immanitate: atque. M: audacia. L: audatia. M: hominiſ. L: hoīnis. M: crudelissimi/cui'. L: crudelissimi: cuius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deprehensa est, cum qua M. Papirium, lucem omnis patriciae dignitatis, exstinguere moliebatur. 8. Nunc vero dicendum est de L. Catilinae sceleratissima mente atque inusitata nequitia, quam nuper, in omnium civium perniciem stragemque redundaturam dii immortales in auctorem sceleris tum benignitate sua tum consulari vigilia retorserunt.

IV.

9. Quaeso igitur, iudices, diligenter attendite remque agnoscite barbaram crudelitate, flagitiosam perfidia, intolerabilem superbia, temeritate inconsideratam, periculo vero et calamitate reipublicae perniciosissimam.

10. Lucius siquidem Catilina non ignobili genere praeditus neque infima virtute, si dotes egregias tum fortunae tum corporis ad dignitatem urbis non ad perniciem conferre statuisset, rempublicam nuper ex atrocissimis bellorum civilium vulneribus paulisper respirantem novis insidiis opprimere conatus est. 11. Quid exhorruistis, iudices? Non modo opprimere conatus est, sed crudelissime vexare: neque vexare tantum, sed inaudito quodam genere feritatis exstinguere. Manum ad id comparaverat diversam quidem genere, sed magnitudine scelerum vitaeque similitudine paene eandem; 12. quam manum exacerbatam continuo penuria rei familiaris et ob id desiderio praedae mirabiliter deflagrantem huius illecebrae sibi facillime conciliaverunt. Consilia nefarii facinoris in amplissimi civis nostri M. Laecae domo decoquebantur.

Gerlach: patritiae. M: patritie. L: patricie. Euch: patriciae et Serv. Serg: patrie. 8. M: moliebatur. Hūc. L: moliebat: Nunc. M: lutij catiline. L: L. catiline. M: inusitata. L: in-uiſitata. Inc: inusitata. L: neqtia. Euch: et Serg: pernitiem. M: pni-|tiem. L: perniciē. Serv: perniciem. M: autorem. L: auctorem. Euch: autorē. Serg: autorem. Serv: auctorem. M: retonſerunt. L: retorſerūt.

9. M: agnoscite. L: cognoſcite. Inc: cognoscite. (Serg: cognoscitae.) M: crudelitate / flagitioſam perfidia / intollerabilem superbia / temeritate inconsideratam / periculo vero. L: crudelitate: Periculouero. Inc: item = Leyd. lacunam praebent. M: pernitiem [et semper]. L: perniciem 9ferre. Euch: et Serg: = Mon. Serv: = Leyd. 11. M: oprimere. M: conatus est. ſed [lacuna octo verborum ex ὁμοιοτέλευτον quod vocant exorta]. L: conatus est: quid exhorruistis iudices? nō modo opprimere conatus sed. Inc: = Leyd. M neq. L: nō [ad expl. lin.] M: comparaverat. L: comparat. Euch: comparat = Serg. Serv: comparat. M: ſcelerum. L: ſceleris. Euch: et Serg: sceleris-. Serv: sceleris: Euch: et Serv: pæne eandem: Serg: pene eadem. Gerlach: eamdem. M: pene eandem / L: pæne eā = / dem: 12. Gruterus: continua penuria. M: deflagrantem / L: flagrātē. Euch: deflagrantem. Serg: Serv: flagrantem. M: ciuiſ noſtri marcilecce. L: ciuiſ M. Lece. Euch: ciuis + M + Lecae. Serg: Serv: ciuis. M. Lecae. M: dequoquebantur. Euch: decoquebant˜. L: dequoque = / bantur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

V.

13. Ad ea greges confluebant perditorum adolescentium, quorum hic familiaritatem eximiam consecutus fuerat, conciliatam partim assuetudine stupri, partim genere quodam nefariae largitionis. 14. Adhibiti sunt et cunei barbatorum hominum, non modo nobilitati magnitudine summa(e) aeris alieni, verum etiam consuetudine ac studio turpissimarum rerum. Nec alae muliebres ab eo coetu religioso ac nocturno prorsus abfuisse iudicatae sunt: nulla denique portenta urbis, nullae finitimarum regionum pestes repertae sunt, quae non devocatae sollertissime per hunc, per magnitudinem inopiae facillime concitatae, repente devolaverint in aream ipsam nefariae [atque flagitiosae] coniurationis. 15. Ratio consiliorum fuit, ut Saturnalibus proxime futuris universi cum armis ad ipsius Laecae domum praesto forent: ibique dato signo collaberentur omnes partim ad diripiendam inflammandamque urbem, partim ad trucidandum senatum, partim ad eos conficiendos, qui praesidium urbi ferre voluissent: Catilinam interim omnes et ducem et imperatorem appellarent.

VI.

16. Audistis, iudices, satis evidenter, ut arbitror, consilium sceleratissimi hominis Catilinae reique indignissimae miserabilem ac detestandam crudelitatem. Nunc vero audienda causa est agnoscendaeque faces, quibus ille flagraverit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obeundam: 17. quas si plane comprobatas vobis, ut arbitror, planeque illustratas evidentibus signis attulerim, nihil erit impedimento, quin hostem reipublicae crudelissimum atque in-

13. M: Ad ea. L: ad eam. Inc: Ad eam. M: perditorum. Euch: perditoru. L: preditorum. M: ſtrupi / L: ſtupri: Inc: stupri: Inc: nephariae. M: nefarie. L: nepharie. 14. Bas et Gr. ed: Coecus. M: cunei barbatorum hominum /. L: cundi barbaror hoī / nū. Euch: cūcti barbarorū hominū. S: S: cuncti barbarorum hominum. M: non modo nobilitati. L: nobilitati nōſolum. Inc: nobilitatinō ſolū. M: magnitudine summa. Inc: = Monac. Gerlach: magnitudine et summa. L: magni tudine ſūma. M: Nec ale muliebreſ [fol. 13a]. L: nec alæ. Euch: et Serg: = Leyd. Serv: nec aliae. [Leyd: pag. 175. adhuc novem dimidiatae lineae sunt scriptae, decima abrumpitur et finitur]. M: iudicatae. Euch: iudicatae. Grut: et Vulgata: indicatae. M: regionum. Euch: regionum. V: religionum. M: deuocate. Euch: et V: denotatae. M: ſolertiſſime. V: = Mon. Euch: soll.. M: facilime. M: deuolauerint in arcam. Grut: et V: devolaverunt in aream. V: atque flagitiosae. 15. M: lecte. Vulg: Leccae. Grut: [ubique] Laecae.

16. M: detestandam. Euch: detestabilem. V: detestabilem. V: nunc vero audienda. M: flagrauerit [fl. ex fr. literis corr.] Euch: flagrauit. V: flagravit. 17. M: attulerim. Euch: attulero: V: adtulero.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

festissimum summis suppliciis, summis cruciatibus mulctandum atque mactandum esse iubeatis.

18. Tria sunt, iudices, sententia mea scelerata, crudelia, flagitiosa, inaudita, quae mentem Catilinae semper immoderatam, semper rebus novis studentem ad exitium patriae commovisse dicenda sunt.

VII.

19. Primum ratio quaedam vetustae simultatis, qua dictus est universum senatum ex memoria repulsae consularis capitaliter fuisse insectatum. Secundo rabies quaedam temerariae ambitionis, sitiens immodicae gloriae prorsusque inflammata perpetua quadam et singulari cupiditate dominandi. 20. Postremo coetus infames turpissimorum, non modo fatigati diuturno malo domesticae necessitatis, verum etiam imbuti flagitiis ac consuetudine scelerum, sempiterna comite ac genetrice pessimarum cupiditatum; quod genus hominum Catilinam suum etiam dormientem faciliter excitare potuisset. 21. His ostensis breviter ac confutatis paucis, quae pro defensione flagitiorum suorum nostri adversarii dicenda esse putaverunt, finem adesse vobis intellegetis. Quod ad senatus inimicitias pertinet, id sane primum ostendendum videtur. 22. Bello Mithridatico, iudices, longissimo quidem omnium et sine dubio post Punicum periculosissimo, cum diutius in senatu de [d]eligendo imperatore dubitatum fuisset, planeque omnes ambigerent, quisnam sagacissimo regi sagacissimus noster imperator opponeretur: Catilinam inter ceteros competitores incredibili quadam ambitionis magnitudine deflagrantem, omnes senatoriae sententiae reiecerunt.

23. Eo telo percussus adeo Catilina fuit, ut postea nullam omiserit neque perturbandae curiae neque insectandi senatus occasionem. Videbat namque cupiditatem suam illo superstite numquam

V: summis suppliciis, summis cruciatibus. M: summis ſupliciiſque cruciatibus. Euch: summisq. M: mulctandum atque. Euch: mulctandum ac. Vulg: multandum ac [Havercamp: legerem: mulcandum]. 18. M: Tria ſunt. E: Tria, iudices. V: Tria, iudices. M: et E: rebus novis. V: novis rebus. M: commouiſſe. V: commouerūt.

19. M: uetuste. Euch: V: triſtis. M: dictus eſt. E: q ductus eſt. V: ductus est. V: consulatus. E: M: consularis. M: fuisse insectatum. V: E: fuisse ſemp inſectatū. 20. M: ac. E: &. Vulg: et. V: dormientem e somno facillime. M: dormientem faciliter. E: dormiētē e ſono facillime. M: potuisset. E: uoluiſſet: V: voluisset. 21. M: His ostensis. V: his autem ostensis. E: iis oſtēſis. M: ac confutatis paucis. E: ſaneq. cōfutatis q pro. V: saneque confutatis. M: essa. E: M: uobis. V: nobis. M: Quodad senatus inimicitias pertinet / id sane primum ostendendum uidetur. [fol. 13b]. V: intelligetis Bello (lacuna). M: diligendo. V: de eligēdo. M: qui iciam. M: ceteros. E: V: omnes. 23. M: ōmiſerit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in eum locum perventuram fore, de quo illam pridem universae omnium voces eiciendam esse putavissent. 24. Volvebat item animo summas vitae necessitates, quibus exuere se posse arbitrabatur, si qua ratione praeclaris magistratibus aspiravisset: nunc illas vero magis ac magis instaturas quotidie intellegebat, quandoquidem conspiceret, omnes vitae suae rationes ea sententia [senatoria] iugulatas prorsus exstitisse: 25. ac quidquid increpuisset ulterius, metuendam esse consularem vigiliam, metuendum esse iudicium senatoriae auctoritatis.

VIII.

Hanc vero spem ita exsanguem, ita consternatam consuetudo erexit vitae paratissimae ad omne facinus neque otii sui patiens neque alieni. 26. Qualis eius vita fuerit, etsi praeclare conscientia publica teneatur, huic tamen illustrandae seu patefaciendae testes indubitati videri possunt hi, qui sacrarium illud libidinum colere atque observare consueverunt. 27. Quae nugae, dii immortales! quae portenta scelerum! qui libidinum gurgites! quae sentinae flagitiorum! Verum is rumor sparsus est de moribus Catilinae, eaque gentium opinio pervagata, quatenus existimem voces ipsas publicas non hominum esse sed oraculi potius nuncupandas. 28. Famam vero popularem a maioribus nostris saepenumero accepimus neque temere unquam nascituram esse, neque temere occasuram.

IX.

Decus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis ac gloriae, sicuti par erat homini nobilissima familia nato, sed uti latro perditissimus ad omne genus flagitii conferendum fuisse semper arbitratus est. 29. Vires ad stuporem hominum praeclarae atque inusitatae perpetua voluptatum intemperantia labefactae sunt. Flos

M: fore [omittit Gruterus]. 24. E: arbitrabant. V: arbitrabatur. M: aſpirauiſſet. V: E: aſpiraſſet. V: instauratas M: inſtaturaſ. E: inſtaturas quottidie. M: conſpiceret. V: E: inspicerent. M: ſenatoria. E: ſententia iugulatas. 25. [Havercamp legit:] incepisset. M: conſulandam. V: E: conſularem.

V: spem [et] speciem. M: exiguem. E: exanguem. V: exsanguem. M: consternam. E: conſeruatam. V: consternatam. M: paratiſſime cf. c. XI. V: E: prauiſſimae. 26. M: illustrandum. V: E: illustrandae. M: patefaciendum. V: E: patefaciendae. M: hi. V: E: ii. M: sacrarum. E: ſacrariū. E: M: libidinum. V: lubidinum. 27. M: sententie. E: ſententiae flagitiosorum. V: sentinae flagitiorum. M: existimare. E: existimē. V: existimem. 28. M: saepe numero neque. E: saepenumero accoepimus: V: saepenumero accepimus.

Steph: dedecus. M: semper| [fol. 14a]. 29. M: labefacte ſunt. E: labefactae sunt. V: sunt labefactatae.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pueritiae venustissimus ad intuentium iucunditatem, cui non libidini paruit flagitiosae juventutis? aut quam turpitudinis notam non subeundam ultro atque accersendam esse cogitavit? 30. Lux illa vero praeclari atque excellentis ingenii, quam omnes divinam esse semper et singularem atque inusitatam penitus arbitrabantur, nonne inter foedissimas voluptatum sordes restincta est? 31. Omitto pestis huius impurissimas voces, mollitiem scenicam, obtutus impudicos, blanditias muliebres et omnem denique copiam non mediocrium vitiorum sub illa frontis erudita simul atque insigni pulchritudine delitescentem: praetereo mentem illius plusquam gladiatoriam, sitim incredibilem cruoris humani, mirum inconstantiae genus, vultum nunc demissum, nunc alacrem, nunc anhelantem scelus, nunc gratia meretricia florescentem; summum pecuniae desiderium, summam simul prodigalitatem, contemptum incredibilem omnium bonorum, itemque eximiam cum summis atque ornatissimis civibus familiaritatem. 32. Nihil enim fuit isto monstro versipellius aut mutabilius hominum memoria, ita ut res diversissimae saepenumero videantur in eodem ingenio tamquam in sentina quadam taeterrima simul redundare.

X.

Quis igitur dubitandum esse putaverit, hominem ista institutione vitae praeditum proculque ab eius humanitatis ratione remotissimum perfacile sese taeterrimo cuique facinori fore accommodaturum? 33. Fontem aperuimus, iudices, omnium Catilinae morum atque omnis consuetudinis, unde illi demanavisse vis ista praeclara consiliorum facillime intelligenda sit. Nunc videndum est, spem atrocissimi sceleris unde illi subministratam fuisse iudicemus. 34. Cum hic itaque secum repeteret memoria miserandam ignominiam comitiorum turpesque angustias afflictae rei familiaris, simulque intueretur, vel

M: uenuſtiſſimuſ. V: E: uenuſtissimae. E: M: iocunditatem. V: iuc... M: paruit. E: V: patuit. 30. M: esse. E: V: diuinā ſemper ..... penitus esse. Steph: invisitatam. M: arbitrabant. E: V: arbitrabantur: 31. M: mollicem. E: mollitiē. V: mollitiem. M: obtutus. V: E: obtuitus. V: E: erudita. M: erudia. E: M: cruoris humani V: humani cruoris. M: alacrem scelus. V: E: nunc anhelantē ſcelus: 32. M: uerſi pelliuſ. E: V: uerſipellius. M: hominum simul (lacuna). V: E: hominum memoria: ita ut res d. s. u. i. e. i. tanq i. s. q. t. simul. M: V: redundare. E: redundatae.

M: hominem ista institutione preditum proculq. ab eius humanitatis ratione remotissimum perfacile. V: E: hominem praeditum huiuſce institutione uitae remotiſſimū ab omni genere humanitatis perfacile. M: cuique facinori. E: cuique atque immaniſſimo. M: fore accomodaturum. V: E: fuisse accomodaturum? 33. M: inde. V: E: unde. M: dimanauiſſe. V: E: dem.. [Manut. et Grut: vim istam]. M: ſit. V: E: est. M: sumistratam. V: E: subministratā. 34. M: comitorum. V: E: comitiorū. M: aflicte. V: E: afflictae.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sibi vivendum ac moriendum fore cum turpitudine summa, vel senatum nullum esse oportere: de ratione tollendi illius primum cogitare coepit. Nam illo deleto sine dubio intellegebat viam latissimam libidinibus suis continuo patere. 35. Vertit itaque oculos ad innumerabilem copiam iuventutis, qua dies ac noctes stipabatur in exercenda consuetudine suarum cupiditatum: et putavit manum ipsam hominum, tamquam hastam validissimam furoris sui, facillime sibi accommodare posse, quam contorqueret in omnium nostrum ruinam atque interemptionem, ut quam cognoverat educatam vitae pravissimis institutis, imbutam saepenumero sanguine miserrimorum civium, ardentem incredibili desiderio praedae, sibi vero pridem mira familiaritate conciliatam.

XI.

36. Genus est hominum vehementer exercitatum ferro atque inopia, duabus rebus ad omne facinus paratissimis: quod genus ego civitati nostrae, maxime debilitatae civilibus bellis atque afflictae magnitudine calamitatum, magnopere pertimescendum esse iudico. Nihil enim illis praeter spem atque animam fortuna reservavit: alteram ad differendas vitae necessitates, alteram ad livorem suum magnifice accommodatam. 37. Nihil illis contemptibilius: quos siquidem rudimenta vitae traducta in hac tenuissima re, deposita nunc in gladiatoriis muneribus nunc in alia facinoris atrocitate partim ad omne scelus partim ad omnem patientiam erudierunt. 38. Verum hae pestes, sententia mea, quo fuerint abiectiores, eo magis extimescendas esse reor, tamquam perpetuo seditionum civilium ac rerum novandarum avidissimas: sive quia voluptatem capiunt ex maerore sociae calamitatis, sive quia civitatum versutia mutabilitatem rerum suarum

E: doloris illius. M: illiuſ. V: tollendi ipsius. 35. M: [fol. 14[b]] nocte. V: E: dies ac noctes. M: et. E: &. V: et Serv: cum. [Marg. ed. Basil 1564: Veneta ed. 1493: computavit] [Cortius: eam]. M: astam. V: E: haſtam. M: facilime. V: E: facillime. M: accomodare. V: E: accommodari. M: interentionem. V: E: interemptionē. M: aducatam. V: E: educatā. M: prauiſſimis. V: E: prauiſſimae. M: miſerimorum. V: E: miſeror. M: incredibi. M: pridem. V: E: vero mira.

M: omne [ex es correctum sive erasum]. V: ad omne genus facinoris paratissimum. M: facinus. E: facinus. M: paratiſſimiſ. E: paratiſſimū. M: quod genus ego. E: Quod genus ego. V: quod quidem ego. E: maxīa debilitate. E: M: ciuilibus belliſ. V: bellis civilibus. M: alteram afferendas uite neceſſitateſ. E: ad deferendam uitae necessitatem. V: ad differendam vitae necessitatem. 37. M: contentibilius. E: V: contemptibilius. (Corte: traductae). M: traducta in actenuatissima. cf. c. XI. V: E: traducta in hac tenuiſſima. V: gladiatoriis. M: gradiatoriis. E: gladitoriis. M: in. E: nūc alia. V: nunc alia. 38. M: abiectioneſ. V: E: abiectiores. M: sotie. V: E: ſociae. [Corte: versutiam (et Porcium increpat)] (versatione?) E: uerſutia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

portendi quodammodo arbitrantur. 39. Hi sunt equidem, quos in foro quotidie in oculis civium calamistratos ac vestibus collucentes passim obvolitare cernimus, fortunas omnium popularium atque otium civitatis luminibus consignantes: qui non modo arrecti permanent ad opportunitatem cuiuspiam praesentis commodi, verum etiam gestiunt ad opinionem speratae utilitatis. 40. Si feras equidem omnis generis, quo magis attenuatae fuerint penuria edendi, eo magis praecipites atque effrenatas ruere in perniciem videmus: quid hanc desperatorum colluviem ieiunam ac sitientem facultatum nostrarum, quo impetu quave strage ruituram esse creditis aut debacchaturam, si se carceribus emiserit: 41. cum illae ratione careant atque intellegentia: hi vero non absint penitus ab ipsa facultate intellegendi? Gravissimi sunt equidem morsus irritatae necessitatis.

XII.

Dii immortales, quae clades ab illa feritate hominum, quae genera flagitiorum emanavissent, si nocturnus iste imperator quasi quasdam rapidissimas beluas in urbis penates immittere potuisset? 42. Horret animus, iudices, ea cogitatione complecti, quae miseri pertulissemus, si sopor oculos consulares detinuisset. Restinguenda est itaque flamma nobis scelerata et atrox, dum adhuc velatae cineribus ac consopitae facultas restinguendae levissima data est: ne cum omnia comprehenderit, quod dii penitus avertant, nos frustra post modum furibundam atque exsultantem restinguere cupiamus. Neque rectorem navis audiendum prorsus existimo in ipso maerore calamitosae tempestatis, quam fugere facillime licuisset consurgentem primo sibique ac rebus suis naufragium minitantem: 43. neque item gubernatorem urbis in ipso excidio et calamitate civitatis, quam impendentem princeps ipse consilio suo suaque prudentia sustinere quodammodo ac propulsare potuisset. Serae sunt hominum lamentationes prorsusque vituperandae, quas occupatas in his lugendis cernimus, quae vitio suo desidiaque contigerunt.

39. M: equidem. V: E: quidem. M: quaſ. V: E: quos. M: abuolitare. V: E: obuolitare (advolitare?). M: ſeperate. V: E: speratae. 40. M: equidem generis. V: E: quidem omnis generis. M: attenuare. V: E: attenuatae. 41. M: emiſerit. V: E: emiſerint? M: sunt equidem. V: E: quidem [fol. 15a] ſunt.

M: ēānauiſſet [caput erasum et correctum]. V: E: emana . . E: rabidissimas belluaſ. 42. M: ſapor. V: E: ſopor. M: deterruiſſet. E: detenuiſſet. V: detinuisset. M: uelate. V: E: uelata. M: conſopite. V: E: reſtinguēdi. M: leuiſſima. V: E: leuiſſime. M: nec. V: E: ne. M: comprehenderet. V: E: comprehenderit. M: dii penitus. E: dii penitus. V: dii immortales penitus. M: noſ frustra. V: E: nos frustra. M: quam fugere. E: quamilli fugere = V. 43. M: ipso et. V: E: ipso excidio &. M: inpendentem princeps. V: E: impendentem prius. M: biſ. V: E: his. M: contingerunt. V: E: contigerunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XIII.

44. Callicratidi, Lacedaemoniorum duci, cum ornatissimam, cui praeerat, classem funditus amisisset propter immoderatam gloriae cupiditatem, nihil ad eam restituendam novissima consilii ratio suffragata est, quam ita servare poterat, si modo statione continuisset. 45. Terentio Varroni sempiternum dedecus atque immortale monumentum erunt flagitiosae turpitudinis deletae ad Cannas temeritate sua pulcherrimae Romanorum legiones, quae servatae periculosissimo tempore rei publicae sine dubio fuissent, et robur eximium miserrimae urbis et perpetuum decus consularis prudentiae disciplinaeque militaris.

XIV.

46. Recte itaque maiores nostri summis laudibus efferendi sunt, qui Spu. Maelium, qui Gracchos, qui Manlium Capitolinum, qui Drusum, qui Saturninum, fortissimos omnes homines et reipublicae saepenumero non mediocriter opitulatos, quod devenissent in affectatae tyrannidis suspicionem, et morte mulctandos esse putaverunt. 47. Nec Spu. Maelio favor amplissimus, nec Gracchis avi sui Scipionis clarissimi viri memoria, nec Manlio celeberrima gloria Capitolii liberati, nec Druso sanctissimi sui penates, nec Saturnino vis sacrosanctae dignitatis auxiliata est. 48. Quid ita? quia necem paucorum aut unius hominis calamitati publicae maiores nostri semper anteponendam esse putaverunt. Quid? non genus crudelitatis eximium sunt arbitrati, cives eos perimere summisque afficere suppliciis, quorum in rempublicam persaepe clarissima beneficiorum genera exstitissent? Minime. 49. Quid ita? quia nullum satis dignum supplicii genus in eos consumi posse opinabantur, qui patriae suae libertatem opprimere statuissent: nec illos cives esse sed in hostium taeterrimorum numero reponendos esse iudicaverunt, quos abiecisse rationem patriae caritatis intuerentur. Qui

44. M: glore cupiditatem. V: E: gloriae cupiditatem. M: modo ſtatione. V: E: modo in ſtatione. 45. M: monimentum. E: monu.. V: monu [et] moni. M: miſerime. E: miſerrimae. V: pulcherrimae.

46. M: omneſ. V: et E: om. M: deueniſſi. V: E: deueniſſent. M: afectate. M: ſuſpitionem et. E: ſuſpitionē morte. E: M: mulctandoſ. V: multandos. 47. M: graccif. V: E: Gracchis [fol. 15b]. M: uri. M: malio. V: E: Manlio. M: ıuſ. E: ius. V: ius [et] vis. M: eſt. E: auxiliata est: V: est [et] sunt. 48. M: huniuſ. V: E: unius. M: calamita. V: E: calamitati. M: Quid? non genus crudelitatis eximium sunt arbitrati. E: Quod genus crudelitatis eximium: nō ſunt arbitrati V: Quid? genus crudelitatis ex. n. s. a. M: afficere supliciif. V: E: affligere suppliciis. M: ſtatuiſſet. V: E: ſtatuiſſent. M: ſed in hoſtium teterrimorum numero reponendoſ eſſe. E: V: cives esse judicaverunt. V: E: intuerentur cet. M: intuerentur. Qui uero dignitatem urbiſ curauiſſent teſiſſent

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vero dignitatem urbis curavissent et amplificavissent, (qui tales interemissent) eos non modo dici atque appellari cives, ut essent, statuebant, sed afficiendos fore immortalibus donis ac sempiternae hominum memoriae consecrandos. 50. Quid enim potest indignius dici quam vitam a patria susceptam ad illius perniciem calamitatemque conferre? sceleratius quid fingi, quam eorum pœnas ac crudelissimam servitutem excogitare, quos iisdem mœnibus ac tectis constitutos eaedem leges atque eadem vivendi ratio continuisset? 51. quid denique intolerabilius existimari, quam inferre delubris deorum immortalium ac facultatibus nostris illinc sceleratas faces, hinc acerbissimas expilationes? Haec qui curaverint, iudices, aut qui tentaverint, numquam ego alienos ab hostibus aut dissimiles feritatis bestiarum existimabo.

XV.

52. Vidimus de spe perficiendi nefarii facinoris: videndum est de loco, quam latebram commodissimam ac tutissimam egregius artifex delegit, tum contegendae conspirationi suae, tum armis omnibus eius artificii comprehendendis: nec forsan temere domum nobilissimi civis atque opulentissimi M. Laecae delectam esse iudicetis. 53. Primum homo delectus est huiuscemodi cupiditatibus affinis, quo participe semper usus fuerat consiliorum suorum, adiutore taeterrimarum libidinum, socio maximorum periculorum, cui spectato frequenter in difficillimis rebus, summa[m] huius atrocissimi mali tuto committi posse facillime sibi pollicebatur. 54 Praeterea domum sibi deligendam esse iudicabat solitudine locorum desertam et ab omni frequentia populari remotissimam, quae scilicet voces

amplificauiſſent / eoſ non modo dici quam. E: intuiſſent: At contra eos quitales interemiſſent: nō modo dici atque appellari ciues ut essent statuebant sed afficiendos fore īmortalibus donis ac ſempiternae hominū memoriae conſecrandoſ Quid enim potest indignius dici q uitā. [Corte: dicti atque appellati cives ut essent]. 50. M: ſceleratitiis quid fingi. V: E: quid fingi ſceleratius. E: hisdē. V: iis dem. M: eadem. E: xedē. V: eaedem. 51. M: denique intolerabilius stimari. E: denique potest intollerabilius existimari. V: quid denique potest intol. exist. M: curauerint. V: E: curauerunt. M: tentauerint. V: E: tentauerunt. M: feritatiſ. V: E: feritati.

52. E: nepharii. M: latrebam. V: E: latebram. M: ac. E: commodissimam egregius. V: commodissimam et tutissimam. M: tum. E: cum. V: tum [et] cum. M: contegendum. V: E: contegendae. M: nec. V: E: ne M: forsam. V: E: forsan. M: Marci lecce. E: M. Lecae. V: M. Leccae. 53. M: huiuſcemodi cupiditatibus. E: huius modi nephariis cup . . V: huius modi nefariis. M: aiutore. V: E: adiutore. M: sotio. V: E: ſocio. M: summa huiuſ. E: ſummā huiuſmodi. V: summam. M: tutto. V: E: tuto. 54. M: sibi [fol. 16ᵃ]. M: solitudne. V: E: ſolitudine. [Manut. et Gruter: frequentia populi].

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coniurationis tutissime continere posset. Contulit igitur sese in ipsam M. Laecae domum, remotam ab omni celebritate urbis constipatam multitudine arbuscularum et ab omni suspicione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. 55. Quos vero tetenderit ibi coniurationis laqueos, aut quas catenas scelerum conflaverit nobis ac facultatibus nostris, Saturnalium dies patefactura fuerat, nisi primum benignitate deorum immortalium, deinde vigilantia consulari nefariae sicae de manibus latronum excidissent. 56. Nullas amplius tendiculas pertimescimus ab exsecrabili monstro; nullas insidias ab hoste taeterrimo: tenetur fera, nec, si viri eritis, declinatura est telum ipsum sacrosanctae vestrae auctoritatis.

XVI.

57. Neve Catilina nescias, vigilantissimos consules habere rem publicam teque, quocunque veneris, quocunque abieris, diligentia nostra circumspectum teneri: quid hesterna nocte contiunculis tuis agitatum sit, licet mecum recognoscas. 58. Cum ad M. Laecam venisses, unum ex fidelissimis commilitonibus tuis, ad multam noctem, teque in interiorem una cum illo cubiculi partem recepisses, tamquam in sacrarium memorabile cupiditatum vestrarum, repente de Laeca sciscitari coepisti, numquis ex coniuratis advenisset, cum subito Lentulus ac Cethegus, taeterrima capita maleficiorum omnium, furibundi atque alacres irruperunt, moxque introgressi vociferare coeperunt, quid agis Catilina, cur voluptates nostras diutius remoraris? 59. praesto sunt Saturnalia nobisque otiosis atque oscitantibus, quem unum diem saepenumero nuncupare solitus es eversorem superbissimi ordinis, fugatorem aerumnarum nostrarum, lucem ac principem universae nostrae dignitatis. Num in gerendis negotiis ignoras sequendas esse temporum opportunitates et in occasione rerum desidiam ac tarditatem omnem diligentissime fugiendam? Mutabilissimae sunt deorum voluntates, et fortunam cum abire per-

M: coniurationes. V: E: coniurationis. M: E: urbis. V: om. M: ambuscularum. V: E: arb . . . 55. M: cathenaſ. E: cathenas. V: catenas. E: M: pertimeſcimuſ. V: pertimescamus. M: E: eritiſ. V: estis. M: cum. E: est.

57. E: neſciat. M: V: nescias. M: teque. V: E: Te. M: quocunque abieris. E: quocunque veneris: quocunque abieris. M: E: circumspectum. V: circums(a)eptum. E: externa [Steph. exsterna]. M: V: hesterna. 58. M: recognoſcar. V: E: recognoſcas. M: fedidiſſimiſ. V: E: fideliſſimis. M: mulam. V: E: multam. M: nunquid. E: nū quis. V: numquis. M: at. V: E: ac. M: teterima. V: E: teterrima. M: furibund. M: irripuerum. V: E: irruperunt. M: introgreſſi. V: E: ingressi. M: agit. V: E: agis. 59. M: nobiſq. E: nobis. M: est uerſorem. V: E: es euerſorem. E: ignaris. V: ignoras. M: abiere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miseris, frustra postmodum discedentem ac fugientem sis imploraturus. 60. Talia conquerentem tu paucis pro re subsecutus, aquilam argenteam proferri continuo iussisti, praeclaram auspicem ac gubernatricem furoris tui futuram. Testor noctem ipsam, impiarum molitionum tuarum consciam ac testem, nihil ex his me fugisse, quae clandestini vestri conatus agitaverunt.

XVII.

61. Perpauca satis attigisse fuerit, ne solitudine in ipsa latibulorum tuorum, cum ora vulgi plane devitavisses, fefellisse te crederes diligentiam pariter atque industriam consularem. Linquo telorum innumerabilem copiam, quam in iisdem furialibus antris constipandam atque occultandam fore curavisti. Mitto litteras manu tua scriptas, diversis municipiis reddendas, quae furori tuo succurrere atque opitulari vellent. 62. Transeo rem illam simillimam prodigio, cum mane isto iam coacto senatu redundantibusque subselliis serius in senatum praeter consuetudinem, venisses: quod nulli non oculi senatorum te consignaverunt ingredientem demisso vultu, pallore terribili, luminibus errantibus ac facie praeferente nescio quid inusitatae crudelitatis. 63. Praeterea Saturnalibus proxime futuris rem adoriri placuit: quo die civitas omnis feriata publico edicto conferre sese in montem Aventinum ac rusticari quodammodo solita est: cum tu manum furoris tui diligenter armatam ac structam primum ad caedem senatus ac consulum, deinde ad occupandam Capitolii arcem fueras immissurus: atque his perfectis daturus operam tum direptioni publicae, tum inflammandis aedibus atque his trucidandis, qui rempublicam defendere voluissent.

XVIII.

64. Videtis, iudices, lucem clarissimam rationum quam ego profecto censeo nullis involucris tenebrarum suarum obruituros esse nec M. Laecam, praeclaram sedem atque officinam taeterrimae coniurationis, nec ipsum detestabile caput atque obscoenum artificem Catilinam. Cumque haec omnia constent, animadvertendum esse,

M: postmodum [fol. 16b]. 60. M: ſuſecutuſ. E: fauoris. M: V: furoris. E: M: his. V: iis.

61. E: agitasse. M: V: attigisse. V: inn . . atque inexcogitatam c. M: iidem. E: hisdem. V: iisdem. [Steph. mancipiis]. M: curre. V: E: currere. 62. M: subſellif ſerif. V: E: subselliis ſerius. M: oculi senatorum te conſignauerunt. M: dimiſſo. E: V: oculi te senatorum statim conſignarunt. V: E: demiſſo. E: perferente. V: prae(se)ferente. 63. M: ac ſtructam. E: atque inſtructam publicam ad caedem. V: atque instructam primum ad. V: arcem munitissimam. M: arationem. E: Arcem. M: profectis. V: E: perfectis. M: tum. V: E: cum.

64. M: eſſe. V: E: eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pariter uno maleficii genere Catilinam non modo deos ac patriam, verum etiam leges, mores, consuetudinem urbis atque instituta maiorum nefarie violavisse.

XIX.

65. Primum duodecim tabulis cautum esse cognoscimus, ne quis in urbe coetus nocturnos agitaverit: deinde lege Gabinia promulgatum fuisse, qui coitiones ullas clandestinas in urbe conflavisset, more maiorum capitali supplicio mulctaretur. 66. De te itaque Catilina sciscitor, cur coetus istos commilitonum tuorum contra praecepta XII tabularum, contra leges nostras, contra senatus ac plebis auctoritatem, noctu cogendos esse putavisti? Deinde quaero, si quando in lucem sepulcrales istae contiunculae tuae prodiissent, quid responsurus fuisses senatui, quid consulibus aut quid viris optimis atque amantissimis patriae? 67. Quid leges igitur nostras violas, Catilina? quid senatus auctoritati contradicis? Aequum est, instituta maiorum atque edicta gravissimi sanctissimique ordinis, quae perfringere vesania tua non es veritus, ea restituas ac sancias supplicii tui incommutabili animadversione.

XX.

68. Manlius Torquatus filium suum, summa et singulari virtute adolescentem, quod is in hostem contra mandatum paternum dimicasset, victorem percuti securi iussit: nos te tendentem contra mandata senatus, contra universam reipublicae maiestatem, Catilina, perferemus? 69. Maiores olim nostri, sapientissimi homines et sine dubio gravissimi, num leges e Graecia per legatos suos accersendas esse putaverunt, quibus hanc imperii magnitudinem perpetuo stabilirent, ut tu recens homo severitate illarum cum barbatulis tuis abutereris? 70. Non ita visum fuisse Carthaginiensi-

M: legeſ / moreſ /. V: E: mores: leges: V: et E: maiorum uiolaſſe: M: nefarie uiolauiſſe.

65. M: esse [fol. 17a]. [scilicet utraque lex minusculis est perscripta]. M: agitauerit. E: agitauerit. V: agitarit. M: fuiſſe. E: eſſe. V: promulgatum qui. E: cōciones. M: V: coitiones. [Steph. conciones Havercamp: „perperam“.] 66. M: cur. E: tum. V: Tune [ed. Wasse tunc]. E: ſepulcrares . . . conciunculae. M: at. V: E: aut. 67. M: que perfringere. V: E: quia perſtringere. M: eſt. V: E: es. E: V: sarcias. M: sancias. M: incōmobili. V: E: memorabili.

68. M: Maliuſ. V: E: Manlius. M: paterni demicasset. V: E: patrium dimicasset. M: te tendentem. E: te tendentē. V: te tam temerario ausu tendentem. M: uniuerſa reipu. E: uniuerſae reip. V: uniuerſae Romanae reip. M: catilina. V: E: Catilinam. 69. M: egregiaſ. V: E: e graecia. M: recenſ homo. V: E: homo recens. M: parb . . V: E: barb . . 70. M: fuiſſe Cartaginenſibuſ acepimuſ. E: uiſum carthaginēſibus accepi . .

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus accepimus in Hannone suo morti condemnando, fortissimo ac triumphali viro, quod is edicto senatus minus obtemperavisse putaretur.

Non ita placuit Atheniensibus, urbi sine dubio doctissimae atque eruditissimae, cum e Sicilia belloque gravissimo revocandum esse Alcibiadem statuerunt, summum et singularem imperatorem, quem iuberent expiare supplicio suo leges violatae religionis. 71. Non ita denique maioribus nostris iudicatum est, cohortibus exoletorum tuorum sententia mea longe anteponendis, cum L. Sulpicium consulari familia summoque ingenio virum propter exiguam notam libidinosae suspicionis censores removendum e senatu multosque dies in vinculis habendum esse putaverunt.

XXI.

72. Vos vero, iudices, Catilinam non modo leges nostras atque auctoritatem senatus crudeliter labefactantem, verum etiam universos cives ad perniciem ferro flammaque devocantem impune patiemini? Jacet homo prostratus eventu maximarum molitionum: ut qui conatus suos conscientia vestra patefactos atque illustratos cernat neque contectos fuisse seu superstitione cruenti sacramenti, seu tenebris nocturnis, seu solitudine locorum permaxima et singulari. 73. Contundite igitur, iudices, contundite genus istud inauditi furoris: comprimite hominem gestientem effrenata temeritate, flagrantem inusitatis cupiditatibus, furentem incredibili superbia, spe novandarum rerum mirabiliter inflammatum: quin etiam rem ipsam publicam non modo eventu crudelissimae calamitatis, verum etiam metu ac suspicione liberate.

XXII.

74. Diximus equidem sufficienter, iudices, de senatoria simultate Lucii Catilinae, capite ac fonte sceleratae coniurationis, resque omnes complexi sumus, quas aluisse furorem illum ac primum excitavisse iudicavimus. Nunc videndum est de ratione ambitionis taeterrima ac exitiabili, qua deflagravisse perpetuo Catilinam superiore divisione demonstravimus. Cupiditates equidem plurimas in illo monstro calamitosas ac nefarias omnes persaepe, iudices, animadverti: libidinem unam perniciosissimam in primis conspicere

V: uisum Carthaginiensibus accepimus. M: hiſ. V: E: is. M: putaremuſ. V: E: putaretur. 71. M: cenſoreſ. E: Censores. V: censuerunt.

72. M: universos [fol. 17ᵇ]. M: patiemini. V: E: perferetis? M: E: V: contectos [al. ed: contentos (inepte)]. 73. M: iudiceſ contundite. V: E: cōtundite iudices.

74. M: iudiceſ. E: V: om. M: ac. E: atq. exiciali. V: atque exitiabili. V: M: demoſtravimus. E: moſtrauimus: M: animauerti. V: E: animaduerti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

visus sum temerariae cuiusdam atque inconsideratae ambitionis: qua duce nec ulli studio pepercisse unquam consciscendarum opum nec ullo desiderio dignitatum abstinuisse reputatus est. 75. Putabat enim se frustra nobilissimo genere natum, frustra virtutes eximias corporis atque animi consecutum fuisse, nisi omnia divina atque humana truculento genere cupiditatis inquinavisset, quosque cernebat excellere Romae, praestantia quempiam dignitatis, beatissimos eos et sine dubio diis aequiparandos fore arbitrabatur.

XXIII.

76. Id genus vesanae cogitationis hominem suapte natura praecipitem ac inconsideratum facillime compulit in abominandas ac nefarias vitae cupiditates. Nuper comitiis consularibus (quando quidem suffragia curiae propter impendentem metum Parthici belli diligenter enucleata sunt) quas non adiit senatorum voces, aut quos civium consessus partim pecunia partim obsecrationibus non obeundos suppliciter ac contaminandos esse iudicavit? 77. nulli tamen ad dignitatem gradus neque insanienti neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio sceleratae libidinis illum ad maiorem vim scelerum paulo ante concitaverat.

Pisonem meministis, egregia virtute adolescentem, nisi et idem cupiditatibus suis obtemperare consuevisset, calamitosam sibi ac multis in urbe seditionem excitavisse: cuius insigni familiaritate atque amicitia Catilinam usum fuisse, nemo est, qui nesciat: 78. nec modo se coniunxisse temerario iuveni, verum etiam illum de successu rerum suarum non mediocriter trepidantem in audacia simul ac sententia confirmavisse cum se illi vigilantissimum socium ac satellitem fidissimum regendae gubernandaeque coniurationis fore polliceretur.

XXIV.

79. Quod si votis sceleratorum hominum successus aspiravisset, quanta strage civium creditis aut quanto diluvio facultatum

M: duce nec ulli. E: duce nec ullo studio unq. M: pepercisse. V: duce properasse. E: desiderio abstinuisse. V: desiderio dignitatum abstinuisse. 75. M: nisi. V: E: ni. M: truculento. V: E: truculentissimo. M: quempiam. V: E: quadā. V: beatissimos eos esse et. M: eos et. E: beatissimos esse &. M: equipandos. V: E: aequiparandos.

76. M: ac. V: E: atq. M: facilime. E: V: om. M: Nuper. V: E: Isq. M: quidem [fol. 18a]. M: enucreata [a ex i littera corr.] V: E: enucleata. [Grut: observationibus]. 77. M: tam. V: E: tamen. M: anel.. V: E: anhel... E: concitarat. M: fuis. E: V: om. V: M: excitauisse. E: excitasse: [= Grut.] 78. M: se coniunsisse. V: E: coniunxisse se. M: successu. V: E: successu. M: confirmauisse. V: E: confirmasse. [Grut: fidelissimum].

79. M: aspirauisset. V: E: aspirassent:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urbanarum ruituram fuisse detestabilem horum atque exsecrandam impietatem? Verum hi caelites, quorum auspiciis princeps ac parens huius urbis Romulus pulcherrimi imperii Romani fundamenta iecit, tristissimam cladem ac conatus perditos nece adolescentis interceperunt. 80. Pisone mortuo conquievisse Catilinam dicemus aut incepti temerarii poenituisse? Non poenituit modo nec requiescendum fuisse arbitratus est, sed rursus alio furori accessit. Non consueverat animus perpetuis cupiditatum flagitiis excitatus prima destitutione fortunae refrigescere aut consternari: sed vix sepulta memoria Pisonianae coniurationis Lucium adeptus est Sidicinum, potentissimum quidem hominem ac tunc furentem singulari studio rerum novandarum. 81. Verum ea fax incendii rursum benignitate deorum immortalium summaque virtute consulum restincta est. Non obdormiscit tamen Catilina, bis destitutus eventu vigiliarum suarum, sed rursum saevit immanior: et quam rempublicam servitio non potuerat obruere, destrangulandam penitus ac tollendam cogitavit, sceleratus in omnem urbem, quam totiens insidiis appetivisset: sceleratissimus vero in patriam, cuius exstant in illum summa et commemoranda monumenta beneficiorum.

XXV.

82. Reminiscere quaeso, Catilina, reminiscere ferrum illud scelestum atque illas nefarias faces, quas istis sanctissimis penatibus atque isti pulcherrimae patriae minitabaris, non ad oppugnandam urbem neque ad eam concremandam tibi dātas fuisse, sed potius ad salutem civium, dignitatem imperii libertatisque nostrae defensionem. 83. Per deos immortales, oro te, Catilina, si patria tecum his vocibus uteretur, quid esses illi, quaeso, responsurus? Ego te parvulum, Catilina, cum in primis ornatissimo genere gentis nasci voluissem, deinde summis dotibus exornavissem tum corporis tum animi, duabus rebus instruendum putavi, ferro ac flamma, quibus esset tibi parata facultas tum amplificandi imperii mei, tum

M: irpietatem. V: E: impietatem. M: hi. E: V: ii. M: fundamenti. V: E: fundamenta. 80. [Gr. et Haverc: Non modo non poen..] M: alio. E: alio. V: alio [et] alii. M: excitatuſ. V: E: exercitatus. M: aut. E: V: ac. M: lutium a — [extremâ lineâ] dectus. [Gr: Lucius adortus est S.] 81. M: [fol. 18b] ob | dormiscit. E: iis [Corte: bis destitutus eventu. V: eventis. M: uigilarum. V: E: uigiliarum. M: destrangulanda. V: E: destrangulandā. M: tollenda. V: E: tollendam. M: totienſ inſidii. V: E: toties. M: appetuiſſet. V: E: appetiuiſſet:

82. M: minitabariſ. V: E: minitaris. M: concremendam. V: E: cōcremandam. 83. M: omneſ. V: E: eſſes. M: exornauiſſem. V: E: exornaſſem. V: tum duabus rebus. M: duabuſ rebuſ. E: duabuſ tum rebus. M: inſtruendum. V: E: inſtituendum. E: M: tibi parata. V: parata tibi. [Wasse: quibus esse parata].

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

defendendae publicae libertatis: quid enim vim armorum in viscera mea torques? aut quid convertis in exitium civium meorum institutam diligentia mea meisque rationibus eruditam dimicandi facultatem? 84. Maiores quondam tui summis a me beneficiis atque honoribus aucti pro magnitudine susceptarum dignitatum pulcherrimas in urbem saepenumero leges, pro praestantia beneficiorum clarissimas ex hostibus victorias referre consueverunt; tu mihi luctus acerbissimos paras pro summa copia beneficiorum meorum, tu caedes civium, tu domorum incendia, tu vexationes virginum, tu vastitatem urbis, tu genus atrocissimae servitutis. 85. O crudelissimum hominem et ab omni penitus humanitate derelictum. Tu studio flagras eius urbis evertendae, quam nec Carthaginiensium astutissimi doli nec Numantinorum eximiae vires nec Graecorum erudita ingenia labefactare potuerunt. Excitentur hi populi rursum divinitus, atque istae urbes redeant in statum vetustissimae dignitatis, certe nec ipso scelere tuo quicquam in me crudelius nec quicquam magis extimescendum molituras fuisse iudicabunt. Sed ad te redeo.

XXVI.

86. Temperarem egomet mihi cursumque istum violentae orationis forsan revocandum esse iudicarem tum ab odio tuo, tum ab ipsa dicendi acerbitate, si quem in te sensum patriae caritatis aspicerem, aut ullo te puncto posse arbitrarer sceleratam istam mentem relinquere. Sed id genus cupiditatum tuarum, ut restinguendarum forsan rationem aliquam consequi possis, sanandarum nullam; nec te prius amissurum perversitatem istam animi puto, quam vitam amiseris. 87. Vellem revivisceret Ahala Servilius! non exspectaremus sententiam iudicum, neque abuti putaremus maiestate senatus atque auctoritate populi Romani, si magnitudinem

M: quid enim. V: E: quid eam uim. M: mea. V: E: nostra. 84. M: quondam. V: E: contra. M: urbem. E: V: urbe. [Corte: consuerunt]. V: E: M: consueuerunt. M: luctof .·. cerb.. [a lit. deest]. E: V: luctus acerb.. M: parif. V: E: paras. 85. M: hominem. V: E: hominum genus. M: auertendae. V: E: euertendae. E: M: carthaginenfium. M: numantimorum. E: M: erudita ingenia. V: erudita et praeclara ingenia. M: excitentur. E: Quod fi citentur ii. V: Quod si citentur hi.. M: uiref. E: V: urbes. M: nec. E: V: non. [Steph. majus]. M: iudicabunt. V: E: praedicabūt.

86. [Haverc: egomet, fortasse legend]. M: egomet. E: V: ego memet mihi. M: [fol. 19a]. M: istum. [Gruter B: pacto]. M: peccato. E: V: puncto. M: arbitrare. V: E: arbitrarer. V: E: est. M: om. M: amifurum per acerfitatem. V: E: amiflurum peruerfitatem. 87. M: reuiuifceret ahala feruilif. V: E: reuiuifceres Ahala Seruili: M: putaremuf. V: E: abuti maiestate. [Manutius et Gruter: abuteremur]. M: fi magnitudine. E: fi magnitudinem. V: sed [Gr: fi].

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tanti flagitii sanguine tuo statim expiavisses. Nam de senatus voluntate nihil ambigimus; modo non impediretur legibus, repente profecto fueras poenas impietatis tuae dignissimas luiturus. 88. Utinam deorum immortalium munere, iudices, mentem atque animum huius introspiceremus, ne qua fieret nobis eius puniendi dubitatio, qui tantum scelerum ingenio conflavisset.

Videretis etenim mentem anhelantem tristissimum genus minarum, mentem debacchantem inaudita feritate, furentem incredibili vesania, sitientem cruoris urbani, praedae avidissimam, vobis atque omnibus ferrum flammamque minitantem.

XXVII.

89. Catilinam vobis demonstravimus, iudices, irritatum persaepe repulsis comitialibus, nullas vocum aut suffragiorum corruptelas fuisse praetergressum, deinde nullis rationibus infractum ac perterritum de perseverantia scelerum suorum destitisse: quibus animadvertere sane potestis, quanta semper immanitate laboraverit ambitionis. Superest novissima pars divisionis grex ipse sodalium Catilinae truculentus atque amens: 90. cuius in manu non exiguam rationem fuisse diximus excitandae coniurationis. Lentulus siquidem atque Cethegus, terribilia portenta nostrae civitatis furiaeque certissimae populi Romani, multa de magnitudine sua in ipsis concionibus, multa de dignitate imperii sui futuri palam praedicare consueverunt, tamquam si deorum immortalium concilio interfuissent.

XXVIII.

91. Primum Lentulus in libris Sibyllinis nescio quid perspexisse se praedicat, quod viri peritissimi atque acutissimi, L. Cornelius ac Cn. Piso, custodes publicarum caeremoniarum, nequaquam perspicere potuerunt. 92. Lucem namque ait nescio quam de domo Cornelia quandoque prodituram fore, quae gloria nominis sui Romanum imperium simul et complexura sit et illustratura:

[Gr: daturus]. M: luituruſ. E: V: laturus. 88 M: ne qua fieret nobiſ eiuſ. E: Ne qua uobis fieret uobis. V: ne qua vobis fieret puniendi. M: etenim. V: E: enim. V: E: incredibili. M: incredibiliſ. M: predam. V: E: praedae. M: ferrum, flammamque. V: E: ferro, flammaq.

89. V: M: demoſtravimus. E: monſtrauimus. M: deſtitiſſe. E: extitiſſe. V: destitisse [et] extitisse. M: īmania. V: E: immanitate. 90. M: atque. E: &. V: et. M: ueſtre. E: V: nostrae. M: furieque certiſſime. E: furiaeque centēſīmae. V: furiaeque vel certissimae (acerbissimae?).

91. [Haverc: prospexisse]. V: E: nescio quid. M: om. M: ſe predicat. E: se praedicabat. M: viri peritissimi atq. acutissimi. V: E: acutissimi atq. peritissimi. M: perſpicere. V: E: proſpicere. 92. M: quandoque. V: E: quondam. M: [fol. 19b] fore. .

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eoque vaticinio dignitatem suam portendi fataliter putat planeque opinatur fati sui rationem in ipsa latebra Sibyllinae divinationis, tamquam in equo Troiano delitescentem.

93. Ego vero Sibyllam sine dubio sapientissimam mulierem fuisse iudico, visamque idoneam diis immortalibus, cui singularem quandam vim divinandi concederent: verum illam deliram penitus ac prorsus caecam fuisse affirmarem, si quam spem dignitatis in hac crudelissima peste reposuisset. Si quid tamen cecinisse visa est, quod ad Corneliam gentem pertinere videretur, vim omnem illius divinationis in uno L. Sulla consumptam fuisse iudicemus, cuius paulo ante Romana res publica sensit et crudelissimam simul et amplissimam potestatem. 94. Nec ego deos immortales huic imperio tam infestos esse reor neque a salute populi Romani tam abhorrentes, ut homini dementissimo regnum concederent huius sanctissimae atque optimae civitatis.

Sullam profecto crudelitas vicit: at ipse laudem maximarum virtutum et rei militaris summam ac singularem gloriam consecutus est. Lentulum vero nullae victoriae nostrae civitati, nullum studium armorum, nulla praestantia virtutis ac ingenii commendavit. 95. Quae vero non tabernae potius aut qui non greges infamium hominum Sibyllinum istum principem concelebraverunt? nam vitam eius commemorare non est necesse, versatam semper in obeundis libidinibns ac societate turpissimorum hominum nobilitatam: nihil in eo sanguinis aviti, nihil industriae Romanae, nihil splendoris domestici, nihil avitae frugalitatis.

XXIX.

96. Fingite vobis, iudices, fingite dignitatem huius hominis tum florentem amplissimo magistratu, tum omnibus rei publicae muneribus exornatam: quantum quaeso sanguinis civilis in foro et curia redundaturum esse creditis? aut quantam vim libidinis atque impudicitiae per omnium civium cubicula demanaturam? 97. profecto dignitate fretus ea, quae privatus concupivisset, sine dubio consequeretur: ferretur amens in omnia, nec ullae rationes consiliorum aut pudoris nec ulla studia humanitatis refrenarent praecipitem atque incitatum cursum vetustae crudelitatis. Cethegus vero in-

M: eoque uaticinii. V: E: eoque genere uaticinii. M: putat. V: E: putauit. 93. M. concederunt. V: E: cōcederent. M: E: romana. V: om. 94. M: inſtoſ. V: E: infestos. M: laudem maximarum. E: V: maximarum laudem. M: conſequtus [c ex q lit. corr.] V: E: consecutus. M: ac. E: V: aut. 95. M: concelebrauerunt. V: E: concelebrarunt.

96. M: E: reipub. V: populi Romani. M: foro et curia. E: V: foro in curia. M: dimanaturam. V: E: demanaturam. 97. M: privatus [fol. 20ª]. M: ferretur. E: Fereretur. V: ferreretur. [B (et) G: ferretur [corr.] M: uero. V: E: om.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ferior nobilitate atque ingenio, vehementia furoris longe immanior, parum a Lentuli somnio discedere visus est. Verum insaniam levissimae opinionis modestiore loquendi ratione contegere velle videtur: genus est idem tamen furoris eademque ratio concelebratae divinationis. 98. Tales hi scelerum artifices amboque concitati pariter ad evertendam rem publicam partim a vesana spe vaticinii commemorati, partim a nefaria scelerum assiduitate, Catilinam offenderunt novis rebus studentem, cuius praesidio consilioque cupiditates suas ita iuvari posse facillime crediderunt, si viro sociorum copiosissimo sese coniunxissent.

XXX.

99. Est enim in illo monstro, sicuti paulo ante tetigimus vis eximia facetiarum et ratio quaedam adumbrata virtutis, facilis ad comprehendendas omnium hominum familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus ac Lentulus, et ipsi lenociniis suis insignes ad omne genus benevolentiae subeundum, deflagrare coeperunt admirabili quadam cupiditate seu diripiendae urbis seu potiendae dominationis. 100. Hae sunt, iudices, huius nefarii facinoris abominandae faces, hi sunt igniculi, quibus exarsisse Catilinae ferocem animum facillime credendum est. Talibus initiis consociati principes nefandae coniurationis manum eximiam ex omnibus agris desperatorum hominum obscoenaeque juventutis pedetentim coegerunt, coactam, quid vellent, edocuerunt, edoctam pari cupiditate sceleris inflammaverunt, inflammatam denique perpulerunt, ut in omnium nostrum facultates ac vitam facillime conspirarent.

XXXI.

101. Furias istas audistis, iudices, commodissimas ac paratas non modo ad vivos commovendos in omne facinus, verum etiam ad mortuos ex ipso Erebo mediisque bustis excitandos. Reperti sunt

M: infania. E: V: infaniam. [Haverc: videretur]. 98. M: pariter. E: V: om. M: auexana. V: E: uefania. M: uiro [i ex e lit. corr.] E: V: uiro. E: conuinxiſſent. M: coniunſiſſent [tres litt. ſiſſ subrasae]. V: coniunxissent.

99. M: viſ [viſ corr. ex vii numero]. E: uiſ. V: vis. E: adumbratiua. V: adumbrata. V: E: comprehēdendum. M: comprehendendas. M: ac. E: &. V: ac [et] et. M: leociniiſ. E: V: lenoc.. M: āmirabilia. V: admirabili. 100. M: ſunt igniculi. E: ii ſunt crudeles ign.. = V: hi s. c. ig. M: uitiiſ. E: V: initiiſ. M: eximiam ex omnibus agris. E: eximiam desperatorum. V: exiguam. M: obſceneq. M: cohactam. E: V: atque obscenae iuventutis pedetentim coëgerunt, coactam. E: pepulerunt. V: M: perpulerunt. M: ut omnium noſtrorum. V: E: ut in omnium noſtrum.

101. paraſ. E: V: parataſ. E: M: herebo. V: Erebo [et] erebo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamen atrocissimi sceleris patroni, quique immanitatem detestandae rei tum contegere verbis tum excusare conati sunt. L. Hortensius, vir eximia caritate reipublicae summisque ornamentis praeditus et scientiae et moderationis, nequaquam omnia credenda esse dicit iubetque gravissimis hominibus facilitatem iudiciorum diligenter esse continendam. 102. Primum affirmat, Catilinam in perpetua custodia senatus exstitisse: denique numquam ferme discessisse a latere Publii Caepionis, nobilissimi civis atque integerrimi viri, ita ut lepide dicat, disseparationi eorum neque solem orientem unquam neque occidentem intervenisse.

XXXII.

103. Credo equidem sapientissimum hominem Hortensium, ut est innocentia singulari summaque virtute, cuncta ipsa, quae gravissime simul atque ornatissime complexus est, ita vera esse, sicuti dixerit, existimare: sed longe graditur a sententia mea. Quaero igitur de te, L. Hortensi, teque obtestor atque obsecro per ipsum ius vetustissimae nostrae familiaritatis, si L. Catilinam constat dies omnes, omnium civium conscientia, sive in foro sive in Carinis agere, nunc stipatum catervis exoletorum suorum, nunc gladiatoriis agminibus per ora vulgi obvolitantem, si manifestum est, noctes omnes aut in lustris scortorum aut in antris M. Laecae traducere, viri iudicio tuo non abhorrentis a rei publicae caritate: 104. quid est quod illum obversatum dicas in perpetua custodia atque oculis senatorum? nisi forte custodiam senatoriam vocas vel exiguam moram in ipsius curiae consiliis obeundis.

XXXIII.

Quod vero pertinet ad ipsius Caepionis familiaritatem assiduam benevolentiamque singularem, nihil est quod insimulationi nostrae derogandum esse judicetis. 105. Diximus enim superius ingenii Catilinae miros atque occultissimos esse recessus, nec qui cognosci seu perlustrari facillime possent. Vigent enim in illa clade res diversissimae pariter, continentia et libido. Nihil illo persaepe affixius ad colenda bonorum consortia, nihil sollertius ad illis in-

M: immanitatem [fol. 20b]. M: inſlientie. E: V: & ſcientiae. 102. M: deceſſisse. E: V: diſcessisse.

103. M: eſſa. M: conſtant. V: E: cōſtat. M: carinif. E: V: turmis. V: nunc vero. M: E: om. M: obuolitantem. V: E: obvolitare. V: Lecae ducere. M: lecce traducere. E: Lecae inducere. M: inditio tuo. E: iudicio nō. V: tuo iudicio. M: ac. E: a. V: a. 104. M: aduerſatum. V: E: obversatum.

105. M: poſſit. V: E: possent. M: V: clade. [Marg. Basil:] aetate. M: periter. V: pariter. M: affixiuſ ad [erasae litterae, antea forsan affiximuſ]. M: E: V: persaepe. Gr: perspexi. M: E: colenda. V: Wasse: tollenda.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sidiandum; nihil illius munificentia insignius, nihil avidius rapacitate; nihil acutius consilio, nihil temeritate contemptibilius. 106. Quae cum ita sint, Caepionem admirabimur in tantis viarum ambagibus erravisse? Me, me, inquam, fateor, iudices, vetustissima quadam familiaritate Catilinae coniunctum persaepe deliravisse miris perplexitatibus illius, neque unquam certi quicquam in illo ingenio comprehendere potuisse. Nihil igitur erit miri, si virum integerrimum Caepionem versutissimi hominis doli atque inconstantissimi mores fefellerunt.

XXXIV.

107. Non erit itaque neque prudentiae tuae neque gravitatis, Hortensi, candidissimam opem humanitatis tuae summamque dicendi copiam sontibus ipsis polliceri: aut quam bestiam irretitam iudicio tenemus, dissolutam atque exsultantem rei publicae immittere. Quod te numquam commissurum fuisse arbitrarer, nisi qui me mores, iidem te Catilinae sine dubio fefellissent. 108. Satis ostentatam vobis putamus, iudices, tum rationem periculi nostri tum huius immanissimi sceleris atrocitatem. Nam si odio senatus permaximo Catilinam arsisse demonstravimus: si rationes vitae suae veteres ac novas in exercitatione taeterrimarum libidinum collocatas: si spem perficiendi sceleris homini persequentissimo inimicitiarum: si denique locorum ac temporis opportunitates exstitisse: praeterea si rabiem quandam ambitionis in illo fuisse diximus: 109. si nullam potestatem refrenandarum libidinum aut ullum poenitentiae locum: postremo, si copiam innumerabilem desperatae juventutis cum illo fuisse patefecimus et eam simul ostendimus suopte ingenio furentem incredibili audacia summaque cupiditate perdendae ac vexandae urbis inflammatam: 110. quid erit, iudices, quod dubitetis de liberanda patria deque ulciscendi sceleris immanitate? Novistis enim facinus inauditum omni hominum memoria, facinus atrox, superbum, nefarium, perniciosum, facinus remotissimum ab omni humanitate,

M: contentibiliuſ. 106. M: ambagibuſ [erasum videtur ex ambagimuſ]. M: Catiline [fol. 21a]. V: E: perplexionibus. M: perplexitatibuſ. V: E: igitur erit miri. M: igitur extremum. V: E: uirum integerrimum. M: uirum illum tetegerrimum. M: uerſatiſſimi. E: V: uerſutissimi.

107. M: fefelliſſent. V: E: fefellerunt. 108. E: M: ostentatam. V: ostentatas. M: rationem. V: E: rationes. M: immanitiſſimi. V: quam maximo. Gr: quam, om. M: permaximo. E: pro. M: perſequentissimo. V: E: profequentissimo. 109. V: coniunctam fuisse. M: illo fuiſſe patefacimus. E: illo coniunctā eſſe patefecimus. M: ostendamus ſuapte. V: E: ostendimus ſuopte. V: M: perdende. V: E: prodendae. M: inflammatam. 110. M: ulciscendi sceleriſ. E: ulciscendi crudelissimi sceleris. V: ulciscenda. E: M: omni. V: omnium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natura, lege, consuetudine: cuius acerbitatem si minus animo bene perspexistis, quaeso mecum diligenter attendite.

XXXV.

111. Scelus id, iudices, eversionem nefariam moliebatur amplissimae nostrae dignitatis, interitum crudelissimum senatorii ordinis, caedem communem omnium bonorum: huius sceleris libido reposita erat in diripiendis omnium civium facultatibus atque opprimenda urbis libertate: huic sceleri parabantur taeterrimae coniugum ac liberorum nostrorum vexationes, in hoc scelere versabantur denique faces inferendae penatibus nostris, expilationes aedium, stupra virginum Vestalium, luctus ac maeror miserabilis universae civitatis. 112. Quae si vobis, ut sunt, ita indigna atque intolerabilia videntur, non iniquum erit, auctores horum malorum mulctare taeterrimis suppliciis, clademque omnium crudelissimam e visceribus reipublicae propulsare.

113. Tenetis exempla maiorum atque omnium gentium auctoritatem, qui semper summas et singulares poenas in eo genere hominum consumendas esse putaverunt, qui rationem habuissent aut prodendae patriae aut opprimendae publicae libertatis. Nihil igitur erit impedimento, quin audaciam crudelissimi hominis Catilinae crudelissimo genere suppliciorum expietis et ultionem ex illorum cruciatibus ac poenis capiat res publica, quorum erat conflagratura manibus, nisi sanctissimi imperii Romani custodes ac vindices dii immortales nefariis votis obstitissent.

XXXVI.

114. Credite, iudices, hodierno die consurrexisse universam urbem conspecturam ex iudicio vestro planeque animadversuram, quid in posterum de salute sua deque facultatibus suis sperandum sit. Credite item vim universam flagitiosae iuventutis aut hodierno Catilinae supplicio simul conficiendam fore, aut illius liberatione laetam atque exsultantem non multo post in omnium nostrum perniciem una cum illo celerrime consurrecturam. 115. Agitur siquidem hodierna vestra sententia de salute huius sanctissimae atque optimae civitatis, de stabilitate imperii Romani, de legum incolumi-

111. (Hoc ſcelus?) E: M: id. V: illud. [B: civitatis.] M: ſtrupra. 112. M: ita. E: V: om. M: indigna [fol. 21 b]. M: ac. E: V: e. 113. E: prodendae. V: M: perdendae. E: conflagatura. M: ..flagatura. V: flagratura.

114. M: facul ſperandum. V: E: facultatibus ſuis. M: configiendam. V: E: noſtrum. M: noſtrorum peruicem. M: cum [c ex t lit. corr.] M: celeberrime. E: V: celerrime. 115. V: pulcherrimae. E: M: ſanctiſſime.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tate, de libertate civium, de pudicitia liberorum ac coniugum nostrarum. Huius enim pestis iam scelus erat, ut non grassatura esset per capita paucorum sed tamquam atrocissima vis veneni per omne corpus urbis demanatura. 116. Quod scelus aut quam pestem si vindicandum esse censebitis, ut reor et res publica desiderat, putate profecto deos immortales et inprimis Capitolinum Jovem sempiternum custodem ac vindicem huius imperii, pro liberatis eorum templis ac caeremoniis gratias vobis amplissimas esse reddituros: putate pariter idem facturam esse curiam pro defensa consulum vita servataque senatorii ordinis dignitate: 117. putate matronas urbis ac liberos nostros ob servatam pudicitiam supplices ac congratulantes universos ad genua vestra sese obversaturos fore: putate virgines Vestales atque ipsam maiestatem amplissimi numinis ob liberationem suam summa vobis laetitia congratulaturam: putate denique cives omnes ob retentam vitam ac libertatem suam, penates publicos pro conservatis focis atque aris, parietes urbis pro pulsato taeterrimo genere vastitatis ferme incredibili gaudio exsultaturos: putate tandem hodierno iudicio paratum esse vobis aut immortale dedecus aut memoriam nominis sempiternam.

XXXVII.

118. Multa sunt equidem in hac vita, quae turpiter ac calamitose neglecta, restitutionem tamen quodammodo patiantur: huius vero vindicandi sceleris si praesentem facultatem neglexeritis, frustra postea recuperandae copiam quaeretis. Aut hodie vobis propulsanda est e visceribus reipublicae pestifera calamitatis atrocitas aut ipsi patriae sine dubio concidendum: utrum eligendum sit, vos videritis. 119. Quid? estis, iudices, humanitate tanta, ne socordia dicam, ut eorum vitam ac spiritum diutius in re publica commorari patiamini, qui vitae salutique civium crudeliter insidiati sunt? Proponite quaeso vobis ante oculos ac meditatione crebra revolvite diem illum nefarium, quo salus omnium civium, quo facultates nostrae, quo res ipsa publica peritura fuerat: 120. quando scilicet

V: (et) E: liberorum ac coniugum vestrarum. M: liberum ac coniugium noſtrarum. M: iam. E: id. V: idem. M: craſſatura eſſet. E: non craſſaturum per. V: grassaturum. M: dimanatura. E: dimanaturum: V: demanaturum. [Haverc: di...] 116. M: iudicandum. V: E: uindicandum. M: imprimis capitolium. V: E: impr. Capitolinum. M: libertatiſ. 117. M: ouerſaturos. M: Vestales [fol. 22a]. M: nobiſ. V: E: uobiſ. M: urbiſ propulſato. E: pro propulsato. V: [pro] propulsato.

118. M: calamitatiſ atrocitaſ. V: E: uis calamitatis. M: uidiretis. 119. M: Quin. E: uideritis: Quin. V: videritis. Quid. M: ſocordia. V: E: ſecordia. M: Proponite queſo. V: E: praeponite uobiſ. 120. E: quando + ſ + aſpexissemus. V: quando scilicet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aspexissemus bestias istas emissas carceribus per urbem per domos nostras furialiter exsultantes ipsumque inprimis miserandi facinoris ducem ac principem Catilinam, confirmatum hoc iudicio, spe plenum, laetitia gestientem: nunc hos ad caedem nostram, nunc illos ad rapinam atque inflammationem aedium devocantem. 121. Coniuges e complexibus nostris ad libidinem victorum raptae fuissent, liberi ad stupra de gremiis parentum extorti, pretiosa supellex asportata, tecta conflagrassent ignibus, corpora caesa passim iacuissent, omnia denique gemitu fletuque redundassent. Haec, haec fuisset imago miserrimae urbis, quam urbem a maioribus nostris florentissimam accepimus et, ni prohibueritis, claram atque excellentem posteris nostris proditurí sumus.

XXXVIII.

122. Per humanitatem itaque vestram vos obtestor atque obsecro, iudices, per amorem huius sanctissimae atque invictissimae civitatis, per omnia quae vobis iucundissima sunt in vita, providete iterum atque iterum, ne liberati quondam tot amplissimis bellorum periculis, tot imminentibus malis erepti, nunc per ignaviam nostram ac desidiam periclitemur.

123. Eripite vitam civium a miseranda crudelitate, prohibete penates nostros a nefariis ignibus, servate pudicitiam necessitudinum nostrarum a taeterrimis vexationibus, liberate templa deorum a tristibus rapinis, subtrahite fortunas publicas ab indigna direptione, protegite magistratus nostros ab inaudita feritate, defendite denique universam urbem a tristissimo genere calamitatis.

M: amplexiſſemus. V: aspexissemus. [G: aspeximus.] M: urbem per. V: E: urbem omnem per. M: noſtra. V: E: nostras. 121. M: ſtrupa. M: conflagraſet. V: E: conflagrassent. V: Haec fuisset. M: Hec / hec. E: Haec, haec. M: ni. V: E: si. M: proditurí. E: traditurí.

122. M: atque. E: itaque. V: denique. V: pulcherrimae. E: M: ſanctiſſime. M: [fol. 22b]. M: ciuitatiſ. E: V: urbis. V: M: ueſtram. V: E: noſtram. 123. M: lilerate. V: E: liberate. V: ab hoc inusitato prorsus et tristissimo. E: ab hoc inuſitato prſus: & tristissimo. M: a tristiſſimo. [deo gratiaſ. M:]

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In litteris nihil parvum.

I. Capitel.

Geschichtliche Einleitung.

Seit langer Zeit bewahrte die Münchener Hof- und Staatsbibliothek einen Schatz, der nur darauf wartete, ans Licht gezogen zu werden.

Schon L. Spengel hatte in dem Cicero-Codex n. 68 des 15. Jahrhunderts auf der zwölften Seite hinter der Rede de imp. Gn. Pomp. eine invectiva gegen Catilina, ohne Überschrift, entdeckt, die er für unediert hielt und sich zur Herausgabe abschrieb. Bald musste er gewahren, dass diese Schuldeklamation, als welche sie sogleich erkannt worden war, bereits im Jahre 1490 in einer Inkunabel des Sallustius in Rom gedruckt worden war, ohne dass die geringste Spur einer handschriftlichen Überlieferung sich erhalten hätte. In den späteren Ausgaben des Historikers der Katilinarischen Verschwörung erschien sie unter dem Titel Porcii Latronis declamatio contra Lucium Sergium Catilinam, als welche sie, oft von den Juristen wegen einer Stelle des XII Tafelgesetzes citiert, sich bis auf den heutigen Tag nicht ohne Zweifel über ihre Echtheit erhielt.

Der gegenwärtige Direktor der Münchener k. Bibliothek Hr. Dr. G. Laubmann nahm zuerst eine genaue Collation mit der Vulgata nach der Ausgabe des Sallustius von Gerlach 1853 vor, wobei sich herausstellte, dass die Münchener Handschrift einen nicht bloss verschiedenen, sondern weitaus besseren Text aufwies. Durch des Hrn. Direktors Güte und selbstlose Freundschaft kam sie in die Hände des Verfassers dieser Abhandlung, dem sie zur Herausgabe und weiteren Untersuchung übergeben ward. Es handelte sich für uns in erster Linie darum, die mehrfach bestrittene Echtheit unserer »Schulrede« rücksichtlich ihrer Abstammung aus guter römischer Zeit zu erweisen. Gewisse Anzeichen liessen vermuten, dass sie in der Humanisten-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

zeit, in der grossen Zeit des Findens und Erfindens, entstanden sein mochte. Die fast übertriebene Gewähltheit und Glätte des ängstlich ciceronianischen Stiles, daneben doch mancher ungewöhnliche, fast barbarische Ausdruck liessen den Argwohn beinahe gerechtfertigt erscheinen. Dazu kam noch, dass sich aus jener Zeit das Machwerk eines gelehrten, sonst wenig hervorragenden Vielschreibers erhalten hat, welches, weil es ebenfalls auf Sallustius und Cicero als seinen Quellen beruhte, manche flüchtige Anklänge an unsere Deklamation aufwies. Wir meinen Constantii Felicis Durantini Utriusque juris periti ad Leonem X. Pont. Max. de coniuratione Lucii Catilinae liber.*)

Ist das Ganze auch nur eine breitere, verwässerte Darstellung des gleichnamigen Geschichtswerkes des Sallustius mit Hinzunahme der 4 Invectiven des Cicero, so liess doch manche eingeführte Rede auf die Fähigkeit schliessen, ähnliche Deklamationen zu erfinden. Indes steht der Stil des Ganzen weitaus nicht auf der Höhe unserer Schulrede, und der edle Constantius entschuldigt sich dafür selbst naiv genug in seiner Vorrede an den Papst: Quare peto a vobis, qui iusti, qui docti, qui ab omni invidia et odio remoti estis, peto inquam, ut si quaedam in hoc libro vitiosa et docto homine non digna inveneritis, primum cogitetis, quod nemo repente sit summus: nihilque adhuc esse inventum, in quo aliquid non desideraretur. Deinde detis aliquid adolescentiae meae, permittatis multa occupationibus, tribuatis plurima angustiae temporis. Dies hinderte ihn nicht hinzuzufügen: Quanquam hoc loco vere mihi gloriari licet, me librum hunc scripsisse stylo altiori, quam adulescentulo nondum decem et octo annos nato, et valde in iure civili occupato par esse videbatur. Est enim in nostro libro, ne (sic!) fallimur, maiestas quaedam atque lumen optimorum verborum. Narrantur deinde plurimae reconditae et quae non minus omnibus notae sint, historiae etc. etc. Wir sehen also, an Mut gebrach es dem jungen Humanisten nicht, auch das Höchste zu wagen.

Wir werden aber unten zeigen, dass es auch chronologisch nicht möglich ist, unsere Deklamation in jene Zeit zu drängen.

So galt es denn für uns, die finderfreudige Zeit des Wiedererwachens der klassischen Studien in Italien zu durchwandern.

---

*) Am Schlusse steht: Explicit liber Const. Felicis a Castro Durantis utr. jur. per. de con. Catilinae. Dann: Sequitur liber de Exilio M. Tullii Ciceronis. De Reditu M. Tull. Cic. Epistola M. T. Ciceronis ad Lu. Lucceium. — Am Anfange des Ganzen: Cum Solito Privilegio Pont. ne quis audeat hinc ad septennium haec opera inprimere, si quis contra fecerit, anathema sit noxamque Jacobo Mazochio Bibliopolae pendet. Am Schlusse der Schriften: Impressum Romae per Jacobum Mozochium MDXVIII Idibus Julii. Laus Deo. (1518.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Da führte uns der Gang unserer Untersuchung das Buch von Georg Voigt in die Hände: Die Wiederbelebung des klassischen Altertums oder das erste Jahrhundert des Humanismus; 2 Bde., 2. Aufl., Berl. 1880, und auf Seite 246 des I. Bandes blieben unsere Blicke wie angewurzelt haften, als wir lasen: »Aus Utrecht erhielt Poggio ein Verzeichnis von Reden Ciceros, worunter eine fünfte gegen Catilina gerichtete sein sollte. An letztere glaubte Poggio von vorneherein nicht, weil Cicero selbst nur von 4 Reden gegen Catilina spreche, die er ediert, und die anderen Reden waren nur solche, die man in Italien auch hatte.«

Zum Uebermass der Freude beschenkt uns Voigt mit der Fussnote 2) »Poggius epist. X, 23. Die fünfte Catilinaria sollte mit den Worten beginnen: Si quid praecibus apud deos immortales etc.«

Und das war der Anfang unserer Rede! Damit war für uns alles gewonnen. B. II p. 265 fand sich noch ein anderes Exzerpt aus diesem wichtigen Briefe: »So war auch noch Poggio sehr überrascht zu erfahren, dass ein Dechant von Utrecht Cicero's Werke sammelte, eine Anzahl selbst seiner Reden bereits besass und die anderen zu erwerben wünschte.« Poggius epist. X, 23 vom 31. December 1451: Miratus sum tam studiosum eloquentiae et optimarum artium virum tam longe ab Italia, cuius haec studia vernacula esse videntur, reperiri. Wo war nun der Brief? Über Tonelli's Sammlung der Briefe des Poggio hat ein Unstern gewaltet. Gerade der III. Band, in dem unsere Stelle sich befindet, ist nie im Buchhandel erschienen. G. Voigt, an den ich mich wandte, wies mich an Hrn. Gen.-Dir. Prof. Wilmanns in Berlin, der des seltenen Buches seltenen III. Band*) in Deutschland allein besitze und auch die Handschriften der Poggiobriefe aus der Florentiner Bibliothek in Händen habe. Hr. Wilmanns war so ausserordentlich liebenswürdig, mir nach seinen Quellen eine Abschrift des langen Briefes zu geben, den er nach seiner Stellung in den Handschriften in das Jahr 1451 versetzt, welches Jahr bereits bei Tonelli III p. 45 ep. 23 steht. Unterdessen war es mir gelungen, den Brief auch noch bei Angelo Mai im Spicilegium Romanum tom. X. Poggii epist. centuria et oratio. Romae 1844 p. 370 no. CII. zu finden.

Wir geben den auch sonst merkwürdigen Brief unten im Wortlaut.

Was ergab sich daraus für unsere Untersuchung?

---

*) Poggius, epistolae ed. Tonelli. Florentiae vol. I. 1832. vol. II. 1859. III. 1861.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Für uns war hiemit jeder Verdacht einer Fälschung im Humanistenzeitalter ausgeschlossen; denn was hindert uns, den Worten des Poggio unbedingt zu glauben?

Den Gedanken einer plumpen Täuschung des Utrechter Dekans lehnen wir von vorneherein als einen unmöglichen ab.

Solch ein Latein schrieb man damals in Deutschland oder in Holland gewiss nicht. Ausgeschlossen ist auch jede Gemeinschaft mit jenem kläglichen Durantinus durch die Zeitbestimmung unseres Briefes auf das Jahr 1451 schon aus chronologischen Gründen. Denn Francesco Poggio Bracciolini, der grosse glückliche Finder und skrupellose Besitzer so vieler klassischer Bücherschätze, lebte vom Jahre 1380 bis 1459 (gest. in Florenz).

Der Sohn des Lorenzo il Magnifico, Leo X. Giovanni dei Medici, welchem als Papst das Werk des Durantin zugeeignet ist, wurde geboren 1475 und bestieg im Jahre 1513 den päpstlichen Thron, wo er der glorreiche Schöpfer der medizeischen Glanzperiode für Rom war bis zu seinem Tode 1521. Wenn wir also um jenen Durantinus gar Nichts anderes wüssten als seine Widmung der historia coniur. Catil. an den Mediceer Pabst, so genügt dieser einzige Punkt, um ihn mit rein chronologischen Waffen ausser Gefecht zu setzen.

Damit wäre eigentlich allen billigen Ansprüchen Genüge gethan.

Aber dennoch bleibt uns die Frage offen, wer war jener Decanus Trajectensis,*) mit dem Poggio so freundschaftlich verkehrt? Das ist allerdings in Hinblick darauf, dass uns Poggio seines Korrespondenten Namen verschweigt, eine äusserst schwierige Frage. Ebenso wenig kennen wir dessen Boten, den Jacob von Geldern, seinen Landsmann. Soviel scheint uns gewiss, dass Poggio seinen Utrechter Freund trotz seiner Reisen in jenen Gegenden kaum persönlich gekannt hat, wie ich aus der oben angeführten Stelle schliesse. Hier musste also die freischaffende Phantasie in ihre Rechte treten, und so ist unsere Vermutung auf jenen Nicolaus von Trier gefallen, der sich öfters zum Betrieb von Geschäften an der Curie einstellte, ein wohlgelehrter und nach Poggios Urteil durchaus nicht windbeuteliger Mann. Dieser kam zuerst, wie es scheint, 1427 nach Rom, wo er erzählte, dass er unter anderen Schätzen auch Ciceros Buch von der Republik besitze. Pogg. ep. III., 12, 29.

Wir waren sogleich bereit, diesen Mann für uns zu vindicieren; allein die Abfassungszeit unseres Briefes 1451 als richtig

*) Siehe Voigt u. d. N.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vorausgesetzt, steht zu weit ab von dem ersten Auftreten dieses Mannes. Doch folgen wir der einmal betretenen Spur: Der gelehrteste Deutsche, der in jener Zeit mit der Curie und den italienischen Humanisten verkehrte, der Sammler unzähliger Handschriften, ist unstreitig Nicolaus Chrypffs aus Cues an der Mosel, Nicolaus Cusanus (1401—64). Von ihm vernehmen wir, dass er gerade im Jahre 1451 sich längere Zeit in Utrecht aufhielt; er war seit 1431 Decan bei St. Florin in Koblenz gewesen. Wie verlockend liegt da die Vermutung, dass eben jener Freund des Poggio aus Utrecht und der Cusanus identisch sind?

Leider macht uns auch hier die Chronologie einen Strich durch die Rechnung; denn um jene Zeit war Nicolaus längst Kardinal (1448. 28. Dec. durch Nicolaus V.), in Italien und jedenfalls auch dem Poggio rühmlichst bekannt, 1451—52 auf einer Legationsreise durch Deutschland begriffen (1445 wird er schon in Lüttich als Archidiakon von Brabant genannt), so dass es völlig ausgeschlossen erscheint, Poggio habe im Jahre 1451 noch den Kardinal mit decanus anreden können.

So ungern wir unsere eigenen beiden Hypothesen selbst zurückweisen müssen, konnten wir es doch nicht unterlassen, sie zu erwähnen, weil aus ihnen nach anderer Seite hin ein litterarischer Gewinn erwächst.

Die Vermutung nämlich, welche Urlichs im zweiten Bande der Eos 1866 p. 252 A (Beiträge zur Handschriftkunde) zuerst ausgesprochen hat, »dass jener Nicolaus Treverensis, welcher bekanntlich die 12 letzten Komödien des Plautus nach Italien brachte, kein anderer war als der berühmte Cusanus«, wird durch unsere Zusammenstellung zur Gewissheit erhoben: 1427 erscheint Nicolaus von Trier zuerst an der Kurie. 1423 begann Nicolaus von Cusa seine Studien in Padua, um die Würde eines doctor decretorum zu erlangen. 1428 tritt der Cusanus in den geistlichen Stand und kehrt nach Deutschland zurück. 1429 schickt der Trierer das bekannte Verzeichnis der Bücher, die er zu besitzen vorgab, nach Rom.

Ambrosius Travers. epist. III, 48 schreibt aus Basel vom 24. Oktob. 1435: Nicolaus Treverensis, homo studiosissimus et librorum copia insignis. Damals hatte Nicolaus vom Papste eine Propstei erhalten. Epist. III, 50 wird ein Nicolaus erwähnt als kaiserlicher Gesandter am Basler Konzil.*) Nun wissen wir bestimmt, dass 1432 Cusa beim Konzil zu Basel als hervorragend thätige Person sich befand. 1431 war er Dechant bei St. Florin in Koblenz ge-

*) Traversarius Ambros. Camaldul. Latinae Epistolae a Petro Canneto ed. Mehus. Florentiae 1759.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

worden, 1440 hatte er die Propstei von Münstermaifeld erhalten. Seine späteren Lebensereignisse stellen ihn so hell in das Licht der Geschichte, dass eine Verwechslung mit irgend einem anderen Nicolaus unmöglich wird. Da erscheint er allerdings immer mit dem Beinamen seiner unweit von Trier belegenen Geburtsstadt Cues als Cusanus. Und doch, als er, der streitbare Bischof von Brixen und mächtige Schützling des Papstes, im Jahre 1464 in Todi auf der Reise einer Krankheit erliegt, wird sein Leichnam auf seinen letzten Wunsch nach Rom geschafft und dort begraben. Wir haben seinerzeit selbst dort im linken Schiffe von San Pietro in vincoli seine Grabschrift*) gelesen. Wie wird er dort genannt? Nicolaus Trevirensis. Das ist für uns der beste Beweis. Er mochte sich wohl selbst nach dem kleinen Städtchen an der Mosel nennen, für die Italiener war der stolze Name der Augusta Trevirorum geläufiger.

Kehren wir zu unserem Autor zurück.

